

## **Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen**

...

... Quadragesimale, Oder ... Predigen/ Deren auf Jeden Sonntag ... zwey  
eingerichtet ... Zweyter Theil

**Barcia y Zambrana, José de**

**Augspurg, 1719**

Remissiones Ad Excitatorem Christianum. Post Concionem 22.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76484](#)

# REMISSIONES

## AD EXCITATOREM CHRISTIANUM.

Post Concionem 22.

### De Traditionibus hominum.

1. *Quare Discipuli tui transgrediantur traditio-  
nes Seniorum?* Matthæi 15. Observant  
ceremonias, & contemnunt mandata Dei?  
Leges mundi. Serm. 24. *Obligatio peccatoris,  
de suis bonis operibus.*
2. ALIUS SERMO. *Quare & vos transgre-  
dimini mandatum Dei?* Non est sanè ulla  
ratio, ut DEus offendatur. serm. 4. *De ma-  
litia peccati.* serm. 5. *De damnis peccati.*
3. ALIUS SERMO. *Quare & vos?* Con-  
vincit Christus Dominus Phariseos, lege  
ipla, quam contemnunt, & arguit pec-  
catorum in judicio per legem. serm. 23.  
*Obligatio legis Dei.*
4. ALIUS SERMO. *Quare & vos?* Cur  
peccatis? Afferte illud, quod volebatis, quia  
in judicio vos invenientis convictos. serm. 33.  
*De obligatione beneficiorum occultorum.*
5. ALIUS SERMO. *Quare & vos?* Ad  
unum *quare*, sequitur alterum *quare*, vi-  
dear Sacerdos & Superior, quomodo vi-  
vat, ut ille, qui ab ipso reprehenditur,  
non objiciat alterum *quare*. serm. 27. 28.  
34. & 35.
6. ALIUS SERMO. Ad unum *quare*, se-  
quitur alterum *quare*. Conquereris de dæ-  
monio in peccatis? Conquere potius de te,  
quod te dederis in periculum, & te inermem  
fecisti. serm. 6. *Quadragesima.*
7. ALIUS SERMO. *Quare discipuli tui?* vi-  
detur esse zelus, quem habent Pharisei,  
& est invidia. Id quod in judicio patebit,  
ubi intentiones male apparebunt, etiam  
in operibus bonis! serm. 25. *Examen ope-  
rum.* Videatur sermo 26.
8. ALIUS SERMO. *Omnis plantatio, quam  
non plantavit Pater meus cœlestis, eradicab-  
itur.* Vide quis te in sacerdotio plantave-  
rit. serm. 39. *De errore in vocatione.*
9. ALIUS SERMO. *Caci sunt & duces ca-  
corum.* Malitia eorum, qui cum sint cœ-  
ci peccatores, alios ducant ad peccata.  
*Obligatio terribilis.* serm. 28. *De peccatis  
alienis.* serm. 36. 37. & serm. 72. §. 3.
10. ALIUS SERMO. *Caci sunt & duces ca-  
corum.* O quanta damna facit cœcitas Su-  
periorum, & patrum familias! serm. 35.  
serm. 27. & 28.
11. ALIUS SERMO. *Ambo in foveam ca-  
dunt.* Ille qui provocat, & qui provoca-  
tur; sicut erant complices in culpa, ita  
erunt socii poenæ. serm. 51. *De fasciculis  
damnatorum.*
12. ALIUS SERMO. *Caci sunt.* Videatur  
finis sermonis 28. Remissiones ad exci-  
tatem Christianum, de n. 3, usque ad  
n. 9.

### Remissiones ad Excitatorem Christianum. Post concionem 24.

1. *Jesus ergo fatigatus ex itinere.* Joan. 4. Hug.  
Card. *Fatigatus onere, clamore, & itinere.*  
Gravitas peccatorum nostrorum. serm. 1. §. 6.  
Clamor, quo nos ad se vocat. serm. 11. Iti-  
nera & viæ, per quas nos querit, & indagat.  
serm. 20. *De Beneficiis.*
2. ALIUS SERMO. Sedebat sic: quomodo  
sic? Anton. de Padua. *Sedes: quia benigne  
& patienter expectas.* Noli abuti hac misé-  
ricordia, qua te DEus expectat. serm. 10.  
*De spe temeraria.* Item serm. 52.
3. ALIUS SERMO. *Fatigatus, & mox,*  
*sedebat.* Propter defatigationem succedit  
quies. Noli credere, te ad requiem æter-  
nam venturum, nisi in paenitentia, &  
bonis operibus labores. serm. 59. *De pro-  
prio ad gloriam.*
4. ALIUS SERMO. *Sedebat.* Quare: Dex-  
ter & peritus venator, sedet in loco suo,  
dum vult venari animam. Scit ventu-  
ram illam ad fontem, & ibi illam expe-  
ctat, ut sua fatigatione eandem convin-  
cat, quantum homines laborent propter  
temporale. serm. 24. *Obligatio ex ipsis ope-  
ribus.*
5. ALIUS SERMO. *Supra fontem.* Mulier  
ipsum vocat puteum. *Puteus altus est.* In  
puteo autem hauritur aqua cum difficul-  
tate. Dominus autem vincit difficultatem,  
& facit fontem. O misericordia! serm. 1.  
*Invitatio ad misericordiam.*
6. ALIUS SERMO. *Hora erat quasi sexta.*  
Anton. de Pad. Sex horas habet peccator.  
*Suggestionem, cogitationem, delectationem,*  
*consensum, propositum, perpetrationem.* Ve-  
ni, quia duodecim horas dies habet, an-  
tequam tibi nox adveniat. serm. 7. 8. 9.  
*De non differenda paenitentia.*
7. ALIUS SERMO. *Hora erat quasi sexta.*  
Adnotatur hora, ut peccator non finat il-  
lam præterire. Quia non est ulla hora se-  
cura. serm. 6. *De lucro temporis ad paeniten-  
tiam faciendam.*
8. ALIUS SERMO. *Hora erat quasi sexta.*  
Notatur hora, ut advertat peccator, quod  
dies & hora signata sint, ad eum expectan-  
dum. serm. 12. *De numero dierum.*
9. ALIUS SERMO. *Hora erit quasi sexta.*  
Dum DEus venit ad convertendam Sa-  
maritanam. Ut sciat peccator, quod  
rationem sit redditurus de beneficiis,  
qua Deus ipsi contulit ad sui conver-  
sionem. serm. 20. 21. & 61.
10. ALIUS SERMO. *Venit mulier.* Venire  
debet anima, quia jam venit JEus. Quia  
& ipsa suam partem debet contribuere:

*Barzia Quadrage. II. Theil.*

## Remissiones.

- ut veniam & gratiam impetrat & gloriam.  
serm. 14. Probationes ad gloriam. Videatur sermo 1. §. 8.
11. ALIUS SERMO. *Venit mulier.* Dum minimè cogitaret, invenit suam felicitatem. Grandis misericordia Dei. Quærere peccatorem, dum ille minimè recordatur animæ suæ. serm. 1. *Invitatio.* serm. 21. §. 8. serm. 61. §. 3.
12. ALIUS SERMO. *Venit mulier haurire aquam.* O quantis laboribus stant bona mundi? alii vadunt ad puteum pro honoribus, alii pro divitiis, alii pro voluptatibus. serm. 14. *De fluvius Babylonia.*
13. ALIUS SERMO. *Da mihi bibere.* Aquam petit, sed sitit animam illius. Anton. de Pad. *Ego te scio ad salutem.* Cor sit sicut aqua. Confessio sit clara. serm. 55. Sicut aquæ, quæ nil sibi reservat. serm. 56. *De integritate confessionis.*
14. ALIUS SERMO. *Da mihi bibere.* Da Domino bibere, dum cor tuum est instar aquæ. Antequam indurefcat in chrystallum per pravam consuetudinem. serm. 11. *De mala consuetudine.*
15. ALIUS SERMO. *Venit Iesus in civitatem Samaria.* Relinquit Iudeos propter mortem Joannis Baptiste, & vadit ad gentiles. Timeat sibi Hispania, ne Deus ipsi auferat fidem propter sua peccata. serm. 40. *De periculo fidei.*
16. ALIUS SERMO. *Quomodo tu Iudans cum sis.* Ubi cum agnovit? Anton. de Padua. Tam in sermone, quam vestitu. Vide an vestis tua talis sit, ut inde colligatur te esse Christianum. serm. 41. *De vestitu profano.*
17. ALIUS SERMO. *Quomodo tu Iudans cum sis.* Quam observans erat ceremonia? & erat in occasione proxima. Zelus in rebus minoribus arguit defectum in majoribus. serm. 24. *Obligatio ex ipsis operibus.*
18. ALIUS SERMO. *Si scires donum Dei?* Si considerasses, quid sit, esse in gratia Dei? & quæ sine damina in peccato. Longè alio modo viveres, quam nunc vivis. serm. 5. *De damno peccatorum.*
19. ALIUS SERMO. *Quomodo tu Iudans cum sis.* Ant. de Pad. *Nota,* peccator se excusat ratione fragilitatis, difficultatis &c. Videamus istas excusationes ad in honestum. serm. 58. *De occasione proxima, & suis excusationibus.*
20. ALIUS SERMO. *Tu forsitan petiisses.* Dubiè loquitur forsitan? nam status malus demit peccatori animum petendi. Et quamvis etiam veniam obtinuerit confidentiam habet exiguum. serm. 43. *Consequentia in se ipso.*
21. ALIUS SERMO. *Qui biberit ex aqua sicut iterum.* Prat. Flor. *Bona mundi non satisfiant.* Nemo aliud animam satiare potest, quam solus Deus. serm. 3. *De fine hominis.*
22. ALIUS SERMO. *Sicut iterum.* Honores, divitiae, & voluptates mundi non satisfiant, sed augent sitim, fatigationem & periculum. serm. 14. *De fluvius Babylonia.*
23. ALIUS SERMO. *Fons aqua salientis in vitam aeternam.* Omnipotens in hoc fonte satiat anima sitim suam, & digna est, ut pro ea consequenda labore. serm. 53. *De aeterna gloria.*
24. ALIUS SERMO. *Vade voce virum tuum.* S. August. Ant. de Pad. *Intellectum tuum.* Considera statum tuum malum. serm. 4. 5. Considera periculum aeternum, serm. 30.
25. ALIUS SERMO. *Non habeo virum.* Jam confiterit, haber Samaritana propinquum remedium, hinc confiterit culpam suam. serm. 55. *De qualitatibus bona & vera confessionis.*
26. ALIUS SERMO. *Ut video, Prophetæ estu.* Unde cognovit? nam cum honeste vestitus incederet, tamen ipsi statum suum malum confessæ est, quem Christus ipsi manifestavit. Hic autem videtur necessarium esse, ut quis sit Prophetæ, quænam bone sint. Nam omnes profano habitu incedunt. serm. 41. *De vestitu & habitu.*
27. ALIUS SERMO. *Reliquit hydriam.* Quamprimum fuit illuminata, non ultra distulit suam conversionem: Erubet, & time tu, qui illam differt de die in diem. serm. 7. & 8. *De paenitentia dilata.*
28. ALIUS SERMO. *Reliquit hydriam.* Cogita vas fragile vitæ tuæ! dum ita in peccata laberis. serm. 15. *Demiseris hujus vite.*
29. ALIUS SERMO. *Reliquit hydriam.* Reliquit eam, antequam illam impletet. Væ tibi! si tam diu expectas, usque dum mensura peccatorum tuorum impleatur. serm. 12. *De mensura & numero peccatorum.*
30. ALIUS SERMO. *Reliquit hydriam.* Deseruit occasionem, cur etiam tu occasionem non deseris peccati? variae excusationes in honestorum & responsa. serm. 58. *De occasione proxima & illius excusationibus.* serm. 62. §. 4.
31. ALIUS SERMO. *Reliquit hydriam.* Non solum reliquit culpas, sed etiam earum circumstantias, & dependentias, & habitus malos, significatos per auctiam, & per funes. serm. 43. *Consequentiæ in se ipso.*
32. ALIUS SERMO. *Reliquit hydriam.* Dices mihi, sicut te convertit mulier hæc, postquam multo tempore male vixit, ita & te post certum tempus paenitentiam aucturum. Mala illatio! serm. 31. *Conclusiones de timore Dei.*
33. ALIUS SERMO. *Venite & videte hominem.* Jam prædicat. Ant. de Pad. *Vita exemplari.* Accusabit in judicio impenitentiam peccatorum. serm. 45. *De vita Sanctorum.*
34. ALIUS SERMO. *Venite.* Illa, quæ prius malo exemplo præcessit, jam bonum dat; hac est obligatio illius, qui malum exemplum dedit. Aut timere debet judicium & penam serm. 28. *De peccatis alienis serm.*
35. *Varia consequentia.*

REMIS.